

rationem laudatus nobis Plutarchus suppeditat, αἱ τλεῖσαι νόσοι
ναθάπερ τροαγγέλες οὐ τροδόμες οὐκ οἵρυνας ἔχοσιν ἀπε-
ψίας οὐδὲ δυσκινησίας (plurimorum morborum antea ambulones
& certos esse nuncios. Dicit, si quis recte non concoquat & diffi-
cultatem motus sentiat): ita mala & neglecta juventutis insti-
tutio prodromus est omnium morborum in Politia. Gravatim hæc
conceduntur, sed plerunḡ evenit id, quod ægrotaturo apud eum-
dem Plutarchum, qui ἀσχυνόμενος ἀπεψίαν ὁμολογήσαι τῆ-
μερον, ἕως προστατεύειν τὴν σπέρματαν τὸν σπόφον, erubesci-
mus hodie fateri pratum stomachum, cras cogemur conqueri aut
de profluvio, aut febre, aut intestinis circa umbilicum tortis; hos
enim morbos invenere solet illa cruditas, quæ propriè juxta Gor-
ræum δυσπεψία dicitur. Caussas itaque habuerit necesse est Caspar
Dornavius, quod ita loco sèpius laudato conqueratur. Ut ven-
ter quamquam contemnitur, corpori tamen alimoniam parat; sic
ordo Scholasticus despicitur cum sit Reipublicæ fundamentum. Hæc
in rubro; subjungit in nigro. An Scholis parcere solent ii,
quorū omnes deliciae in acerbis dicterioribus sitae sunt? Otii arguuntur
& desidia & vilitatis & sordidū, quicunq; vel docendo vel discendo
scholis operantur: neq; animadvertisunt illi nugarum architecti,
non esse contemnenda quasi parva, sine quibus magna constare
non possunt. Quæ est enim alia officina pietatis, doctrinæ, virtutis,
ex quo alio fonte purus putus Dei cultus omnisq; honestatis ema-
net? nisi Magistratus honestè babeat doctores, qui eruditionem
pueris instillent prudenter, pietate religiosè, qui severitatē mode-
ratione ad disciplinā temperent. Hæc ille. Subjungeret Taubmann
— — — — — nunc ite, viaticum habetis.

Sed